UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Urbano papa [et] mar. Cap[itulum]. xxxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶ Uidua quedam famoſa nomine fulgentia filium habens grauiter febricitātem veniens ad ſanctū iuuenē pro ſalute filij ſupplicabat. Qui domū eius ingreſſus oratione premiſſa egrotātis manū tenuit: moxq̧ ipm liberatum a febre de lecto produxit: ⁊ vna cuꝫ matre ad baptiſmi gratiā perduxit. ¶ Quidā domū cōſtruens ex alto ceciderat: qui ſemiuiuus iacebat. Queꝫ in lectulo leuatū ſeruulo obtulerūt: qui pro eo ad chriſtum orauit: ⁊ apprehenſa eius dextra ipm illico incolumen eleuauit. Sed quacūq̧ detenti valitudine ad eum concurrentes ſanitatē cōſequebatur: multiq̧ gentilium conuertebātur. ¶ Deniq̧ tentus a iunilio preſide vt idolis immolaret: cum ſacrificare contempſiſſet: primo neruis ceditur: dehinc in equuleo ſuſpenditur ⁊ torquetur: eiuſq̧ latera vnguibus laniantur. Et poſt hec depoſitus oleo feruenti perfunditur: ſed in his omnibus conſtātior reddit. Et cum preſes putaret ꝙ magicis artibus ſupplicia ſuperaret: lotio fetenti ipm lauari iuſſit: vt ſic more gentili maleficia expellerent. Sed virtus diuina fetorem in balſami fragrantiā in naribus omnium cōmutauit. Et cuꝫ populus ipm innocentē clamaret: preſes timore multitudinis ipſum extra vrbem eductū gladio iugulari fecit. Cuius corpus mater cum omnibus per eum conuerſis in eadem ciuitate omni leticia ſepeliuit. ix. kalendas iunij.

¶ De ſanctis Donatiano ⁊ Rogatiano martyribus. Cap. xxxvij.

Donatian⁹ ⁊ rogatianus fratres in gallijs ciuitate nānetis temporibus diocletiani et maximiani paſſi ſunt. Qui cum in dicta ciuitate reſiderent: et precepta imperatoris chriſtianos ad immolandum compellentia audiuiſſent. Donatianus iam ſenex germanum corde fidelem baptizari cupiebat: anteq̄ perſecutor de quo intellexerant: ad vrbem attingeret: ſed tamen cum propter ſacerdotis abſentiam baptiſmum habere nō poſſet: ambo fratres ad dominū orauerūt: vt martyriū rogatiano pro baptiſmo ſuccederet: quod ⁊ factuꝫ eſt. Nam ambo comprehenſi ⁊ in cataſta extenſi ac laniati: deinde lancea militari perfoſſi: nouiſſime capite ceſi ſunt nono kalen. iunij.

¶ De ſanctis Anolino ⁊ ſocijs martyribus. Cap. xxxviij.

Anolin⁹ cuſtos carcerum erat ſub prefecto vrbis almachio tempore maximiani. Cuꝫ autem almachius vrbanum papā detentum in carcere cuſtodiendum anolino tradidiſſet: ⁊ ſermones ſancti pape anolinus cū trib⁹ tribunis audiuiſſet cōuerſi ſunt ad xp̄ꝫ: ⁊ ab vrbano pōtifice i carcere baptizari. Quod prefectus comperiens anolinū teneri fecit: et ſacrificare nolentem confeſtim iuſſit capitalem ſubire ſententiam. Tribunos ꝓ xp̄m confitentes: primo quidem grauiter laniatos ad ſacrificia duci mandauit. Sed audiēs eos in idolū cōſpuiſſe: ipos eodē loco decollari precepit. Qui paſſi ſunt. ix. kalen. iunij. ſepulti iuxta ſanctos tyburtiū ⁊ valerianū.

¶ De ſancto Urbano papa ⁊ mar. Cap. xxxix.

Urbanus papa ⁊ martyr huius nominis primus natione romanus ex patre pontiano de regione via latina: calixto pape prio in epiſcopatu romano ſucceſſit: ſeditq̧ annos. viij. menſes. ij. dies. xij. Hic genere nobilis ab infantia xp̄ianus virtute abſtinentie ⁊ caſtitatis ornatus: dignitatis officiū virtutū ſtudijs adornauit. Multoties pro fide ex vrbe ꝓſcribitur: ſed a fidelib⁹ clam reuocaẗ. Huius tp̄e incepit eccleſia rome p̄dia poſſidere: de qb⁹ fctūs pōtifex clericis ⁊ notarijs q̄ geſta martyrū ꝯſcribebāt ſupt⁹miniſtrabat. Ante eīn eccleſiā ad inſtar apoſtoloꝝ in cōiviuebat: ⁊ pecunias tm̄ recipiens ꝓ egenis. Hic multos xp̄ianos ad fidem conuertit. Ualerianum ſponſum ſancte cecilie ⁊ fratrem eius tyburtium nedum baptizauit: ſed ad martyriū palmā exhortando perduxit. Poſtq̄ aūt beata cecilia ſancto pape vrbano domum ſuam tradidit dedicandam: ⁊ ipſa in eandē vitam martyrio finiuit. Urbanus predicationi ⁊ baptizationi inſiſtens fidelium ab almachio prefecto vrbis capitur: ⁊ in carcere detinetur: deinde ſibi oblatus cum prefectus eidem chriſtianitatem opponeret: ⁊ theſauros cecilie requiſiſſet. Reſpōdit vrbanus: ꝙ plus mouebatur almachius concupiſcētia theſaurorū: q̄ cultura deorū. Et cum ipſum prefectus ſuperare non poſſet: anolino tribuno in cuſtodia tradidit: vbi exiſtens anolinū cum alijs tribus tribunis cōuertit: vt ſupra ꝓxime dictum eſt: quibus per martyriū aſſumptis Urban⁹ ad ſimulacra duciẗ: ⁊ thura imponere perurgetur. Sed orante ſancto idolum cecidit ⁊. xxij. ſacerdotes ignem miniſtrantes occidit: quem in ipſo loco prefectus decollari iuſſit: cuius corpus marmenia vxor carpaſij nuꝑ conuerſa cum filia lucina ſepeliuit cum cecilia tyburtio valeriano ⁊ maximo in eodē ſepulchro: qui paſſus eſt. viij. kalē. iunij circa annum domini. ccxx. Hic conſtituit: vt omnia vaſa eccleſiaſtica ad ſacrū miniſteriū pertinētia aurea: vel argētea fierēt: vel ſi pauꝑ eſſet eccleſia ſtannea non aūt vitrea ꝓpter fragilitatē: nec lignea ꝓpter poroſitatē: nec cuprea ꝓpter nauſeam ⁊ abominationem. Hic etiam fecit ordina-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tiones.iij. per mẽſem decembris: preſbyteros
xij. epiſcopos per diuerſa loca numero. xv. et
ceſſauit epiſcopatus dies. xix.

¶ De ſancto Niceto martyre. Cap. xl.

NIcetus martyr: qđ interpretatur victor: gothorũ gen
te oriũdus: ſed ab eorũ prorſus vi
tijs alienus ab annis puerilibus
per ſanctum theophilum gothorũ epm: qui et
primo concilio nice celebrato interfuerat in fi
de doctus ⁊ baptizatus eſt. Cum autẽ inter go
thos diſcordia orta eẽt: ⁊ due ex eis partes fie
rent: quarũ vni fritirgenes alteri vo athanari-
cus pfuit ⁊ ipe partes adinuicẽ decertaſſent:
fritirgenes ab athanarico vict⁹ eſt. Qui ſe tũc
contulit ad preſidiũ romanorũ: ⁊ ab imperato-
re valentiano ad xpianitatem ſuſcipiendã cum
ſuis inductus: ſumpta romana militia q̃ erat in
thracia: cruceqꝫ Xpi preuia aduerſarios expu-
gnauit. Quapropter athanaric⁹ cũ ſuis fidẽ ſu
ſcepit. Et ſuccedẽte predicto theophilo epo vr
philo qui ⁊ ipe cõſtantinopoli ſcđo fuerat cõci
lio celebrato: oẽs gothi partis illius ab eodẽ vr
philo in fide docti ⁊ baptizati ſunt. Qui etiam
eps ſacre ſcripture libros de latino tranſtulit
in linguã gothorũ: vt populũ ad fidei rudimẽ-
ta perduceret. Nicetus aũt qui xpiane parti ad
herebat xpm viriliter predicabat. Qui ab ad-
uerſarijs athanarici gothis: qui iuxta danubiũ
habitabant: detentus ⁊ ad fidem xpi denegan-
dam compulſus eſt. Quod cum facere recuſa-
ret: in ignem copioſum mittitur: ⁊ ſic ſpiritum
deo reddens martyr dignus efficitur. ¶ Cum
autem quidã nomine marianus de ciuitate ma
ſeupſtia olim ſancto martyri amicitia ſpeciali
coniunctus corpus eius requireret: ⁊ furorem
gothorũ gẽtilium formidaret: nocte conſurgẽs
ad corpus perquirendũ acceſſit: verum cũ locũ
ignoraret: ſtella ſibi apparẽte: ⁊ vt olim magis
viam oſtendente ad locum perducitur: qua ſu-
pra corpus martyris quieſcente ſacre ſibi reli-
quie reuelantur: ⁊ ab eodem colecte in domum
ſuam honorifice collocantur: multaqꝫ ſanitatũ
miracula carũ virtute demonſtrãtur. Proceſſu
vo temporis a fidelibus eccleſia in ciuitate cõ-
ſtruitur ⁊ corpus martyris illuc transfertur: ſo
lo manus pollice ad eius ſolatium mariano di-
miſſo. De corpore vo ſacro nihil amplius vllo
tempore potuit amoueri. Nam dum auxentius
epiſcopus maſeupſtie eccleſiã fabricaſſet: ⁊ de
reliquijs ſanctorꝫ tharaci probi ⁊ andronici de
auarzana vrbe vicina partẽ pro conſecratione
eccleſie obtinuiſſet: promiſſione facta ꝙ de reli
quijs niceti martyris partẽ in recõpenſatione
referret: apertoqꝫ ſepulchro manũ ad auferen-
dum ex mẽbris aliquid poſuiſſet cõfeſtim ma-
nus eius arida ⁊ contracta facta eſt: nec prius
reſtituta donec epus de temeritate penitens
manum vt poſuit pro conſequenda ſanitate ad
corpus reduxit. Poſt tẽporis decurſuꝫ corpus
ipſum venetias tranſlatum quieſcere dicitur
in eccleſia ſancti nicolai. Paſſus eſt autem ſan
ctus martyr. viij. kalendas iunij.

¶ De ſancto zenobio epiſcopo et
confeſſore. Cap. xli.

ZEnobius epiſcopus
ciuis florentine vrbis nobiliſſimus
a puerilibus annis diuinitus litte-
ris imbutus: ſanctitate cõſpicuus:
poſt minores gradus ad epiſcopatũ eiuſdẽ ci-
uitatis electus eſt. In quo multo tẽpore preſi-
dens gregem dominicũ verbo ⁊ exẽplo ſollicite
pauit: ⁊ multorũ ſignorũ gloria ſplendit. ¶ In-
ter que dum quidam eccleſie ſue predia occu-
paſſet: nec ſepius admoniti ea reddere vellent
ſubita morte pereuntes exemplo ſuo alios ne-
dum ad reſtitutionẽ: ſed ampliorem dotationẽ
florẽtine eccleſie prouocarũt. ¶ Matrone que
dam apoſtolorũ limina viſitans vnicũ ſuum par
uulum ſecum deducens eum febricitãtẽ zeno-
bio epo cõmendauit: ⁊ romã perrexit: quẽ ipſe
materno more diligenter fouit. Cunqꝫ die qua
dam neceſſitate eccleſiam adiſſet: et mater ipo
inſtanti rediens filium eadẽ hora expiraſſe rep
periſſet: corpus eius in vlnis accepit: ⁊ cum la
chrymis ante pedes viri dei proiecit: quem ille
ſua oratione cõtinuo ſuſcitauit. In cuius teſti-
monium locus in quo genua fixit geniculus vo
catur: qui ſi aliquando a quaqꝫ beſtia immun-
dicia polluitur mox diuina vltione beſtia illa
punitur. ¶ Alia vice egreſſus de ciuitate iuue-
nem qui a tumulũ portabatur inuenit: pro quo de
poſito pheretro exequias celebrauit. Rogat⁹
quoqꝫ ab aſtãtib⁹ pro eius ſuſcitatione ipo quo
qꝫ ex humilitate diuti⁹ recuſante tandẽ acquie
ſcens pro ipo diudũ orauit: ⁊ populũ oẽm kyri
eleyſon. clamare admonuit: ſicqꝫ iuuenẽ ad vi-
taꝫ reduxit. Quieuit in pace matur⁹ etate. viij.
kalẽ. iunij. Sepultuſqꝫ eſt in eccleſia ſancti lau
rentij. Inde poſt aliquot annos trãſlatus in ec
cleſiã ſancte vginis reparate. In cuius trãſla-
tione facta tpe hyemali arbor quedã quã caſu
ipius pheretrũ tetigit: ſubito flores produxit.

¶ De ſancto Dionyſio epiſcopo
mediolanenſis. Cap. xlij.

DIonyſius
eps mediolaneñ.
tpe conſtantij filij
cõſtantini claruit. Qui ab eo
aliquãdo circũuent⁹ arriane
hereſi ſubſcripſit. Et poſtmo-
dũ cõpunctus ab euſebio ver
celleñ. epo cuius erat in ba-
ptiſmate filius veniã petijt.